primus introduxit, quo et hodie utimur.
Qui Jacopus Archidiaconus in divinis prae-
dictae Ecclesiae solicitator optimus fuit,
morbo podagrae, quo premebatur, nul-
latenus obsistente, quam plus . . . . .
in ejus juventute. Senio tamen gravatas
Archiepiscopo deferente praelibato in Ecclesia
Ursiana pro eodem Vicarius et negotio-
rum gestor fuit, et apud ipsam resedit
in regione Gazzii juxta plateam Eccle-
siae quae vulgariter forum Bovum no-
minatur. Tandem finivit vitam anno
Dominicae Nativitatis MCCCCXII, quo
et valida fuit ubique pestilentia, sepul-
tusque est in pace ante frontem Ursia-
nae Ecclesiae in loco ubi dicitur le Laste
in quadam arca saxea. Pileus iste dome-
sticus primo fuit, et valde Domini Guido-
nis, quondam Domini Bernardini de Po-
lenta Ravennae Domini, et Vicarii Gene-
ralis pro Romana Ecclesia in eadem ci-
vitate, ejusque distructu; demum jus no-
mine Ravennatis Ecclesiae, et dignitatis
archiepiscopatis in eadem civitate praeten-
dens, in inimicitiam priorem amicitiam